In Nomine Domini Amen.

Ad rei memoriam sempiternam. Nos Henricus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Necnon Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Culmen. Elbingen. Pomeraniae, Kijoviae, Volhiniae, Podlachiae, Livoniae, etc. Dominus. Necnon Dux Andium, Borboniorum, Alvernorum, Comes Marchiae, Foresti, Quercii, Rovergii, Montisforti etc. Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis, harum noticiam habituris, tam praesentibus quam futuris. Quia licet in Sacris nris nostrae Primitiis, hic Cracoviae celebratis, dum vestri Principes Spirituales et Seculares, caeterique Praelati et Barones, ac Regnicolae nri, faelici nrae aderant Coronationi. Universa jura et Privilegia, per Divos olim Antecessores nros Reges Poloniae, ac Regni eiusdem et Dominiorum, Provinciarumque ad eum pertinen. Dominosque quoscunque Regno Poloniae, Dominiisque illius, ac ipsorum Incolis, Status et Conditionis cuiuscunque Spiritualibus et Secularibus concessa confirmaverimus, eaque nos omnia sancte et inviolabiliter observaturos vigore praestiti juramenti obligaverimus. Quoniam tamen nobis in Conventione Generali praesenti Augustae Coronationis nrae, una cum Consiliariis nostris existentibus, venientes ad praesentiam nostram Simon Lubienieczki Proconsul, Martinus Lezanski, Albertus Lissoczinski, Nicolaus Brzesczianski et Stephanus Skarmirski Civitatis nrae Magnae Salis Velicien. suo ac totius Communitatis omnium Civium nominibus, juramentum fidelitatis praestiterunt. Post cuius praestitionem Supplicati sunt nobis pro eis Consiliarii et Nuncii Terrarum Regni nostri, in eo Conventu generali congregati, ut omnia jura Privilegia, libertates et immunitates eorum per Serenissimos olim Dominos Antecessores nros ipsis concessas specialibus literis nris autoritate nra Regia approbare, ratificare, et Confirmare dignaremur. Ideo Supplicationi et intercessioni eiusmodi, veluti iustae benigne annuen. Simulque meliori Conditioni Civitatis nrae praefatae prospicere cupientes. Omnia jura Privilegia, Literas, Decreta, Libertates, Depositoria quaecunque inscriptiones, Concessiones, Exemptiones, Plebiscita, Senatusconsulta Artificium et Contuberniorum Fraternitates, Praerogativas, indulta, Quietationes et alia omnia munimenta tam Pargamenea quam Papiracea, per quoscunque Reges, Principes, Duces et Dominos Praedecessores nros. ac alias quascunque personas Spirituales et Seculares ipsis Proconsuli, Consulibus ac toti Communitati praedictae Civitatis nrae Magnae Salis Velicien. sive tam publice quam privatim quibusdam ex illis data et Concessa, dataque et concessas, iusta et legitima, iustasque et legitimas. Quorum quarumque tenores tam in genere quam in Spetie, ita ut generalitas spetialitati, et spetialitas generalitati non deroget, perinde esse et valere volumus, tanquam his nris praesentibus literis, de verbo ad verbum inserta, insertaque essent in omnibus eorum earumque tenoribus, passibus, Capitulis, Conditionibus, clausulis et Paragraphis de spetiali gratia et munificentia nobis innata, approban. ratifican. roboran. et Confirman. duximus. uti quidem de certa scientia nra. Autoritateque nra Regia assensu Consiliariorum nostrorum et Nunciorum Terrestrium in eo Conventu Regni generali Coronationis nrae congregatorum accedente, approbamus, ratificamus, roboramus, et Confirmamus praesenti Privilegio nro Confirmatorio. Eademque omnia et singula jura Privilegia, Literas, Decreta, Libertates, Depositoria quaecunque, inscriptiones, Concessiones, exemptiones, Plebiscita, Senatusconsulta, Praerogativas, indulta, Quietationes et alia omnia munimenta robur debitae firmitatis obtinere debere, tanquam a nobis ipsis fuissent largita et largitae decernimus. Ac omnia et singula in eis contenta observaturos, ad eaque observanda alios adacturos, neque violari illa a quopiam aliqua in parte permissuros nos esse pollicemur perpetuis temporibus et in aevum. In cuius rei fidem et testimonium Sigillo Regni nri maiori subappenso praesentes communiri fecimus. Datum Cracoviae in Conventu Regni generali Comitiis Coronationis nostrae Feria Quinta ante Dominicam palmarum proxima Anno Domini Millesimo quin[illegible]tesimo Septuagesimo Quarto, Regni vero nostri Anno Primo. Praesentibus Reverendissimis et Reverendis in christo patribus, Necnon Magnificis Generosis et Venerabilibus, Jacobo Uchanski Archiepiscopo Gnesnen. Legato Nato et Regni nri Primate, Francisco Krasinski Cracovien. et Regni nri Vicecancellario, Stanislao Carnkowski Vladislavien et Pomeraniae, Adamo Konarski Posnanien., Petro Myszkowski Plocen., Alberto Starczechowski Chelmen., Dionisio Secziginiewski Camenecen Episcopis. Sebastiano a Mieliecz Castellano Cracovien., Brzesten Cuiaviensique, Joanne Firlei de Dambrowicza Palatino et Capitaneo Generali Cracovien. ac Supremo Regni Marschalco. Nicolao Radziwil Vilnen., Magni Ducatus Lituaniae Cancellario Supremo Liden., Mohilen., Borissoviensique, Petro a Zborow Sandomirien., Sthobnicen., Camionacensique, Casparo Zebrzidowski Calissien., Rzedecensique, Alberto Laski Siradien. Palatinis. Eustachio Volowicz Castellano Trocen., et Magni Ducatus Lituaniae Vicecancellario Brestensique, Joanne Sieraskowski Lancicien., Rzedecensique, Joanne Chodkowicz Comite in Sklow, Capitaneo generali Terrarum Samogitiae et Magni Ducatus Lituaniae Supremo Marschalco, Covnen. Plotelecensique, Joanne de Sluzewo Brzesten., Constantino Constantinowicz de Ostrow Kiovien., Joanne Krotowski de Barczin Inowladislavien., Georgio Jazlowieczki de Buczacz Russiae et Exercituum nostrorum Campiductori, Nicolao Mieliecz(ki) de Mieliecz Podoliae, Novae Civitatis Korczin Grodecensique, Nicolao Maczieiowski de Maczieiowicze Lublinen., Stanislao Lavski a Strzegoczin Vicegerente Masoviae, Nicolao Kiska Podlachiae, Anzelmo Gostomski Raven., Joanne a Dzialin Culmen., Braczianensique, Fabiano Czema Martemburgen., Graudentinen., Staragardiensique, Achacio Czema Pomeraniae Gnevensique, Palatinis et Capitaneis. Necnon Petro Czarnkowski Posnanien. ac Maioris Poloniae Generali, Hieronimo Ossolinski Sandomirien. Rzeszowiensique, Joanne Konarski Calissien., Joanne Comite a Tenczin [illegible] Lublinensique, Joanne de Tomicze Gnesnen., Andrea Dembowski Siradien. Lanciciensique, Jacobo Lasoczki Lancicien., Stanislao Herborth de Fulstin Leopolien. Drohobicen., San[illegible] Hieronimo Sieniawski Camenecen. Halicien., Andrea Comite a Tenczin Belzen., Sigismundo Volski de Podhaicze Czersken., Varschoviensique, Joanne Dulski Culmen. Ros[illegible] Kostka de Stemberg Gedanen. Terrarum nrarum Prussiae Thesaurario, Mariemburgensique, Andrea Comite a Gorka Miedzirzecen., Stanislao Schafraniecz de Pieskowa [illegible] iensique, Joanne Tarlo de Szczekarzowicze Radomien. Pilznensique, Nicolao Ligeza Zavichosten. Biecensique, Joanne Sieniawski Zarnowien., Joanne Christoporski [illegible] lin Dobrzinen., Stanislao de Tarnow Czechowien., Nicodemo Lezinski Naklen., Paulo Szczawinski Brzeznien., Andrea Ilowski Visnen., Castellanis et Capitaneis [illegible] Dembiani, Supremo Regni Cancellario, Hieronimo Buzenski Regni Thesaurario, Zuppario nostro Cracovien., Dopezicensique, Nicolao Marussowicz Magni D[illegible] Nicolao Radziwil, Magni Ducatus Lituaniae Curiae Marschalco, Stanislao Czarnkowski Drahimien. Capitaneo, Stanislao Osorowski Referendariis Curiae [illegible] ano Cracovien., Luca Podoski Gnesnen., Joanne Borukowski Lancicien., Joanne Zaborowski Sandomirien. Praepositis Secretariis nris. et aliis quam plurimis Dignitariis [illegible] manus Magnifici Valentini Dambienski de Dembiani Regni Poloniae Cancellarii Sincere nobis Dilecti. etc.

Valetig deb-jsky

R P Cap St...

Relatio Magnifici Valentini Dembienskj
De Dembiani Regni Poloniae Cancellarij etc.

Confirmatio omnium libertatum Regis Henrici
1574

[illegible]

Numero 7mo

N. 57 Visus Confirmatio Jurium Civitatis per Regem
Henricum A 1574